

1^a Bochmer-Bamberg

1791. 1^b Franke

1. ^{Org.} Tschirn, Franziskus Fridericus: Reatus omnem excludit signum
falsum, etiamnam Gallius: Pariae juris observationes.
2. Homilius, Christianus Gallius: Pariae juris observationes.
3. Knebel, Ernestus Gottfrid Christianus: Pariae juris . . . Deca-
nes: (et) Populationem in ang. Andreu Augusti Heringi
institut) Inest: De iustitia et iustitiae civitate tractatio f
4. Knebelius, Ernestus Gottfrid Christianus: De causis citoletus
evangelis
5. Knebelius, Ernestus Gottfrid Christianus: De foro ejus, qui
praedium condavit, competente
6. Kohlschutter, Ernestus Christianus: De effecta principiis
juri naturali in jure ciuitatis.
7. Meinhof, Ernestus Gottlob: Observations quasdam juris
Germanici et Saxonici continuas . . . defendit
8. Pauli, Martinus, Gottlob: Bd. prædicti . . . Decanus:
lectori benevolo solatum (et) Disputationem in ang. Fran-
zilli Fridericus Geritius invitata)
9. Stuckel, Christopherus Conclus: Anatomus actiones

religionis non convenientes ex principiis iuris
publici universalis paucis crimis letibus caerei pos-
sunt.

10. Stuebel, Christopherus Carolus : De servitate pauperum ad
agronum presertim desertorum culturam utilem
regunda .
11. Thalnizer, Dr. Augustus Hieronymus : De criminalis
et statutis videlicet arbitriis .
12. Triller, Carolus Fridericus : De peccatis illorumque offi-
ciorum ex placitis iuris naturalis rebus a estimandis
13. Triller, Carolus Fridericus : Observations nonnullas
ex jure metallico deponentes . . . publico . . . manu
submitit
14. Weberus, Michael : De iustitia Dei
15. Wendorffius, Graecus : An in Saxonia successores
fendales si iniuste ritua a praestatione malitiae
liberare possint ?

16. Wendorffius, Gottlieb: De testibus ~~seuis~~ novis, super
novis etiam articulis probatoriis, has examinandas
17. Wendorffius, Gottlieb: De rabio legitimorum per
rescriptum principis jure in Germania
18. Wiesandus, Georgius Stephanus: Ord-jur... Decanus;
lectori generali salutem (ad Disputationem in ang. Pauli
Christiani Kettwitzii invitata)
19. Wiesandus, Georgius Stephanus: Ord-jur'Dci... Decanus.
lectori generali salutem (ad Disputationem in ang. Ernesti
Gothfridi Meinhofii invitata).
20. Wiesandus, Georgius Stephanus: Ord-jur'Dci... Decanus;
lectori generali salutem (ad Disputationem in ang. Ernesti
Gothfridi Meinhofii invitata).
21. Wilisch, Christianus Historicus: De tumultu ac confusione
praesertim ex novissimo mandato Electoris Saxonico.
- 1792.
1. Ihell, Carolus Gedonne Ehrenfeld: Observations juris
controversi.

2^a-Hommel

1792.

2. Hommelius, Christianus Gottlieb: *De partio agrariis communis paucis*

3. Klugel, Ernestus Gottfr. Christianus: *Coll. juris Sacrae*.
Decimus: I. b. s. (ad) Reputationem iuris. Tolleratio
Liberalitatis Sachsis immutat) Test: No diffinzione restante
in furti quaestione

4. Klugel, Ernestus Gottfr. Christianus: *Coll. juris Sacrae*.
Decimus: I. b. s. (ad) Reputationem Causa. Wollam. Thru
fusti liberti immutat) Test: processus iustitiae
ex legibus Saxoniciis receptio.

5. Klugel, Ernestus Gottfr. Christianus: *Coll. juris Sacrae*.
Decimus: I. b. s. (ad) Reputationem iuris. Tolleratio
Othonis Funzio immutat) Agitur: I. usus in Vacatus
Saxonicis parte successore in immunitate et more
relecta ex parte Flemingico

6. Klosterteller, Caspar Christianus: *Nec cauis contents iuris*
jurant.

7. Triller, Carolus Fridericus : De paenit. illamque
finibus ex placitis juris naturae ratio estimantis
8. Hornemann, Thorellus : De mortis ex legibus Saxonis,
uox mortuorum, si ejus cognatis erint, in immobilitate
ab interato non succedente.
9. Wiesandus, Georgius Stephanus : Disceptationes juris.
10. Wiesandus, Georgius Stephanus : Disceptationes juris
11. Wiesandus, Georgius Stephanus : Disceptationes juris.
12. Wiesandus, Georgius Stephanus : Utrum et quatenus
legibus praecursum prohibitum renunciari possit?

1. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770

2. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770


3. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770

4. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770

5. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770

6. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770

7. Handwritten letter from
Edmund Burke to the Earl of Shelburne
concerning his proposed
Edict of Tolerance: 1770



2
DE
LEGATO PRAECEPTIONIS

COMMENTATIO

QVAM

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IOANNE CHRISTIANO FRANCKE

IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV LVSATIAE IN-
FERIORIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEM-
BERGENSIS ASSESSORE

DIE VII. IANVARII A. C. MDCCCLXXXI.

D E F E N D E T

ERNESTVS SAMVEL KREYSIG

ILEBURGENSIS.

VITEBERGAE,
LITTERIS TZSCHIEDRICHIL.

LEGATO PRACTICAE POSITIONIS

COMBINATIO

MAY

HYPATIA IN LIBERATIONE ORDINIS
STATUTORUM

COLLEGIATI

CLAVINGO RICARDIUS FIANC

IN SAGA DE THERONIS ET CLOVIUS

EDITION LIBRARIAE IMPERIALE

ET LIBRARIAE IMPERIALE

Q. D. B. V.
§. I.

Instituti ratio.

Multa in iure civili obveniunt capita, quae variis
implicata subtilitatibus, atque rectis nexa rationi-
bus intellectu sunt difficultia, quibus quaestio de legato
praeceptionis, seu praelegato, cuius et amoena et utilis
est disputatio, merito adscribitur. Itaque induxi in ani-
mum meum, hac de re, cum scribendi data sit occasio,
quaedam delibare, quod ut iusto fiat ordine, in ipsam
verbi inquiram notionem, deinde species tradam prae-
ceptionum, quibus enumeratis, ad res, quae ita relinqui
possunt, progrederi, et quid differat inter hanc aliasque
legatorum species exponam, denique quae sit ratio hujus
legati in herede, qui hereditate se abstinet, vel eam re-
pudiatur, in lege Falcidia, Senatus consulto Trebelliano, et
legitima habenda, breviter explicabo.

A 2

§. 2.

 §. 2.

De notione preeceptionis in legato.

Ut autem intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, ipsa vox preeceptio ante omnia mihi est enucleanda; quae cum a verbo capere, et particula pree descendat, temporis et iuris innuit preerogativam atque actum involvit, qui in re peragenda alios antecedit. ^{a)} Hinc Iureconsulti hac verbi notione in iurisprudentiam translata ^{b)} sub legato preeceptionis, seu preelegato eam legatorum speciem intelligunt, qua testator e pluribus, quos in hereditatis adduxit communionem, uni vel alteri pree caeteris ita quid confert, ut ille ex asse id tanquam preecipuum habeat. ^{c)} Tria itaque hoc in legato desiderantur, scilicet ut plures personae in hereditate faciant partes, ^{d)} e quibus uni vel alteri quaeratur compendium, ^{e)} quod ex hereditate debeat preestari. ^{f)} Inter ea res ipsa, quae tali legato relinquuntur, ^{g)} legatum rei, cuius dominium ad legatarium iam spectat, tunc, cum solutioni temporis vel aliud commodum adjicitur, ^{h)} id quod prima testamenti parte, ⁱ⁾ nec non id, quod heredi ex re certa, ^{k)} et heredi fiduciario ^{l)} relinquuntur, sub preeceptionis quoque veniunt nomine.

^{a)} Ita legitur apud Ciceronem: preecipere cogitatione fatura. Libr. 1.
de offic. c. 23. et preecipere alterius consilia l. 1. de offic. cap. 30. nec
non

- non, apud Florum sata, mortem praecipere veneno. Libr. 3. c. 9. et
libr. 4. c. 12. Interea quoque actum praecipiendi denotat. Sane Ci-
cero libr. 1. de natur. deor. cap. XXXI. legem vocat recti preeceptionem.
- b) l. 32. π. de legat. 3. l. 22. §. 1. π. famil. ercisc. et l. 2. π. de instruct.
vel instrument. legat. Franciscus Ramos ad tit. π. de legat. et fideic.
P. 1ma §. XXII. in Meermanni thesauro iur. civil. et canon. T. VII.
p. 277.
- c) l. 25. §. 22. π. famil. ercisc. l. 89. princ. π. de legat. 2. Donatus libr.
V. Aeneid. Praecipuum est, quod praeter communionem singulis pro-
prio nomine deputatur, ut sit saepe in testamentis, cum aliqua per
preeceptionem singulorum heredum censuerit esse testator. Glossae
apud Fabrottum in not. ad Theophil. de legatis. τὸ ἔξαστον λεγί-
τον εἴτε τὸ ἔχων τῆς κληρουμένιας, οἷς ἐν προθῆκη καταλιμπάνο-
μεν τῷ μερίῳ κληρουμένῳ διον σταύ ρτων πρός τῷ μέρει τῆς κλη-
ρουμένιας, ἵνα κατέλιπτον τῷ δεινὶ βέλομα διπτὸν καὶ τόδε τὸ πρᾶγμα
ἔχειν ἐν ἔξαστῳ.
- d) In alia omnia tamen discedit Doctor Nieto in tractatu de Praelegatis
cap. III. apud Meermann. in thesauro. iur. civil. et canonie. Tom. VII.
qui unico quoque heredi praelegatum recte relinquiri posse statuit, quia
praelegatum in coheredibus etiam pro parte hereditaria consistat, et
verba, uni ex heredibus, illum, qui heres sit, denotent, nec du-
plex modus acquisitionis ex iure scilicet hereditario et ex iure legati
desideretur, quin potius, cum retineatur praelegatum, unica sufficiat
acquisitio, cui accedit, quod multa Confultorum in pandectis inve-
niuntur responsa, quibus praelegatum unico sit relictum heredi. Sed
cum is, qui tota ornatur hereditate, quid tanquam praecipuum ex ea
habere nequeat, natura etiam praelegati, ut partim hereditario, par-
tim legati iure veniat, omnino desideret, id quoque, quod heredis
iam est, ejus amplius fieri nequeat, veteres porro Iureconfulti disertis
verbis, uni ex heredibus, que formula plures ponit heredes, id quod

praelegatur, tribuit, adducta deinde veterum Iureconsultorum respon-
sa non proprium praelegatum, sed modos exhibent, quibus aliquis re-
quidam praecpta, deducta, vel rerenta quid debeat praestare, nemo
denique ante capere possit, qui, eo accepto, praeterea capiat nihil,
sententia, quae in praelegato plures requirit heredes, stabilis manet.
Conf. Faber de erroribus pragmaticor. Decad. XXXVI. Error VI. et
Guidi Panciroli thesaur. variar. lejt. libr. II. cap. LXXXIV.

- e) l. 14. π. de dote praelegata.
- f) Caius in Institut. libr. 2. Tit. V. §. 7. apud Schulting. in jurispr. Ante-
Inst. p. 120. et 121.
- g) l. 3. §. 4. π. ad Sctum Trebell.
- h) l. 10. et 26. π. de pecul. legat. l. 2. §. 1. π. de dote praelegat.
- i) l. 87. §. 2. π. de legat. 2. Cujac. ad African. in l. 4. π. de dote prae-
legata.
- k) §. 9. Inst. de fideic. hereditate.
- l) l. 27. §. 14. et l. 72. ad Sctum Trebellian.

§. 3.

De divisione praeceptionum in legato.

Verbis non disertis solum sed aliis quoque signis
et factis nostram declarare possumus voluntatem. Inde
leges et recta interpretandi ratio vetant, voluntatis fieri
quaestionem, ubi nulla sit in verbis ambiguitas,^{m)} simul
tamen jubent, ut animum disponentis, quoties eum
verba satis non demonstrant, e conjecturis colligamus.ⁿ⁾
Et sane grave voluntatis indicium in eo latet, quod iu-
re meritoque sit statuendum ne ullum quidem velle in-
utilem

utilem atque irritam suam esse dispositionem, ^{o)} quo sit, ut Iureconsulti legatum praceptionis ex iis, quae tabulis testamentariis junguntur, saepius derivent, et suppleant, et ita tacito quasi testatoris suffragio inducant. Hinc nascitur divisio in expressam et tacitam praceptionem, quarum illa disertis nititur testamenti verbis, haec autem ex rerum circumstantiis conjicitur. Prioris exempla Papiniānus ^{p)} et Scaevola ^{q)} fuggerunt, secundum quos filiae res matris, et liberto fundus patroni verbis *praecipito, sibique habeto*, recte relinquuntur, posteriorem Paulus, ^{r)} nec non imperatores, Diocletianus et Maximianus ^{s)} firmant, quorum auctoritate Sempronius ex semissile heres institutus, Titio ex altero semissile, excepta domo, coherede dato, hanc domum excluso sibi asserit Titio, nec non liberū, quorum nomine pater res quasdam paravit, nisi contrarium ejus probetur judicium, eas in hereditatis divisione praecipuas tenent.

m) l. 25. §. 1. π. de legat. 3.

n) l. 114. π. de reg. juris.

o) l. 109. princ. π. de legat. 1. l. 16. pr. π. ad SCtum Trebell.

p) l. 77. §. 19. π. de legat. 2.

q) l. 27. §. 3. π. de instruct. vel instrum. legat. Plura congesit Briffo-nius de formul. p. 597, 611, 612, 635.

r) l. 86. pr. π. de legat. 2.

s) l. 18. C. famil. ercisc.

§. 4.

De rebus, quae per praceptionem relinquuntur.

Antiquo quidem iure non nisi tales res, quae ex iure Quiritium in testatoris constitutae erant dominio, per praceptionem poterant relinquendi, ita, ut in iis, quae pondere, mensura atque numero continebantur, in quibus scilicet non corpus sed quantitas significabatur, mortis, in aliis autem, quae tali destituebantur qualitate, etiam testamenti facti respiceretur tempus.^{t)} Attamen SConsule Neroniano, cuius solus meminit Ulpianus, sancitum, ut quod minus ^{u)} pactis verbis legatum, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset, ex quo tempore res omnes per praceptionem recte legabantur, ita, ut dominium in iis quoque rebus, quae nec mancipi vel in bonis tantum erant, ipso iure transferretur.^{v)} Sequenti tempore solempnes legandi formulas Constantinus^{w)} Constantius et Constans^{x)} intuitu discriminis tollebant, sed diversa manebat legatorum indoles, donec Iustinianus omnium legatorum naturam inter se exaequabat,^{y)} quo fiebat, ut omnes res, quae in commercio existebant, sive essent propriae, sive alienae, facta quoque honesta^{z)} per praceptionis legatum recte relinquendi possent, quo iure utimur.

t) Ulpian. in fragm. titul. XXIV. §. 7. et 11. ibique Schulting.

u) sub

- 9
- u) sub pactis verbis legitima intelliguntur. Cujac. in not. ad Ulpian. tit. XXIV. Cicero pro Roscio Comaed. Optimum autem jus legati per damnationem erat.
 - v) Ulpianus in fragen. tit. XIX. §. 17. jung. l. 23. pr. π. de rei vindic.
 - w) l. 15. C. de testam. l. 1. C. de formul.
 - x) l. 21. C. de legar.
 - y) l. 1. C. commun. de legat. et fideie. §. 2. Inst. de legat. Quae tamen exaequatio ita intelligenda, ut voluntas testatoris salva maneat, cfr. Vinnius et Everard Otto ad §. 2. Inst. de legat. quare in vindicationis et praceptionis legato electio legatario tribuitur. l. 20. et l. 32. §. 1. π. de legat. I.
 - z) §. 4. Inst. de legat. l. 112. §. 3. π. de legat. I.

§. 5.

De differentiis, quae praceptionem, legatum et fideicommissum particulare intercedunt.

Quo luculentius autem de vera legati per praceptionem relicti constet indole, ipsa veterum Iureconsultorum sequar vestigia, et paulo diligentius argументa, atque indicia exquiram, quae ab aliis legatorum speciebus, nec non a fideicommissis aliena soli convenientia praelegato. Et iam in ipsa constitutione insignis comprehenditur differentia, ^{a)} cum ei, quem leges non vocant ad hereditatem, nisi testamentum adsit, vel fideicommissum intercedat, per praceptionem quid relinqui nequeat, ^{b)} omnino tamen in eum, modo ex ultima quid

B

capere

capere possit voluntate, legatum et fideicommissum etiam citra testamentum et fideicommissariam epistolam, Codicillis ad heredem legitimum scriptis, recte conferatur.^{c)} Cujus rei ratio aliam iam sistit discernendi causam, qua scilicet praelegatum is solum, cui hereditas iuncto cohedere datur, habere,^{d)} aliud legatum autem et fideicommissum omnes quibus ultima voluntate legitime declarata quid impetrare leges permittunt, acquirere possint.^{e)} Quae rei qualitas novam excitat contemplationem, quae in formula versatur, qua id, quod per praceptionem legatum est, quaeritur, ab actione, quam quis aliorum legatorum causa reo intendere debet, quandoque recedente. Iudicio scilicet familiae exciscundae, quo heredes de dividenda agunt hereditate,^{f)} praelegatum nec non legatum heredi relictum peti potest,^{g)} cum alia legata, nec non fideicomissa actione personali et, si verba testatoris id suppetunt, vindicationibus consequamur,^{h)} quae tamen in praelegatis etiam locum habent.

a) Alia docuit Hertius in dissertat. de praelegat. §. XII. qui, cum heredem directum ab herede fideicommissario, codicilos ab intestato factos ab iis, qui ad testamentum sunt conditi, non distinxit, hunc errorum erravit. Conf. Georg. Ludovic. Boehmeri progr. de quatuor modis conficiendi codicilos in Ele&t. T. I. Exerc. VIII.

b) Paulus in sentent. libr. III. T. VII. in pr. Plinius lhr. V. epist. VII.

l. 75. §. 1. π, de legat. et fideic. 2.

e) l. 8.

- c) l. 8. §. 1. et 5. π. de jure Codicil. l. 29. Cod. de fideic.
- d) Quomodo enim quis posset dici praecipere, h. e. ante capere, qui esse accepto, aliud praeterea caperet nihil. Faber de erroribus pragmatic. decad. XXXVI. Error VI.
- e) §. 24. Institut. de legat. junct. §. 4. Institut. de heredum qualit. et different.
- f) §. 20. Institut. de action.
- g) l. 17. §. 2. π. de legat. Theophilus in paraphraſi instit. Tit. de legat. §. 2. Paulus in ſententiis libr. III. Tit. VI. Ioann. Voetius in Comment. ad π. libr. XXX. §. 7. Hertius in diſſert. de praelegat. §. 20.
- h) l. 1. C. Commun. de fideic. Ian. a Costa in Comment. ad Institut. libr. II. Tit. XX. §. 11.

§. 6.

De ratione discriminis in legatis, quae heredi simpliciter, et quae illi per praeceptionem relinquuntur, ſamul de herede, qui hereditatis fuſceptionem omifit, exponitur.

Bene monuit Ulpianus in libro, quem ad Edictum scripsit, legatum, quod heredi per praeceptionem detur, ab eo, quod absque tali mentione in heredem conferatur esse fejungendum, ex quo quidem intelligitur, non unam atque eandem utriusque legati esse indolem, sed non ita clare hujus discriminis patet ratio, quippe quae gravibus premitur difficultatibus. Animadvertere autem oportet, praelegato pariter atque legato duas inesse partes, eam ſcilicet, quae venit heredis ti-

tulo, et eam, quae iure legati percipitur, et praelegatum quidem tunc, cum praelegatarius hereditatem adit, in universum valere,^{k)} ideoque ex utraque consistere parte, sed legatum pro ea portione, quam legatarius ob partem hereditatis in se collatam sibi ipsi debeat prae stare, penitus intercidere,^{l)} nisi forte heres esse nolit, re enim sic se habente, licet a se ipso inutiliter fuerit legatum,^{m)} nil impedit, quo minus legatarius totum assequatur legatum. Cui tamen assertioni non illa solum iuris positio,ⁿ⁾ qua dicitur id, quod initio vitiosum sit, non posse tractu temporis convalescere, quae Catoniana antiquior pro generali habenda est, ideoque omnia negotia tam inter vivos quam mortis causa complectitur, repugnare videtur,^{o)} sed eae quoque iuris regulae objici possunt, quarum una, ut omnia, quae ex testamento profiscantur, tunc demum, si initium sine vitio ceperint, eventum possint habere, caveretur,^{p)} altera autem sancitur, ut legatum, quod inutile sit, si testamenti facti tempore deceperit testator, quocunque etiam tempore moriatur, non valeat.^{q)} His ut Icti obviam eant, alii portionem repudiatam cum onere legatorum prae standorum ad coheredem transfire, alii autem testatorem, qui heredi partiario legat, pro ea portione sub conditione legare afferunt, ideoque, cum legati conditionalis dies ab existente demum cedat conditione,^{r)} regulam Catonia nam

nam hac in specie cessare,^{s)} atque onus legati in persona coheredis, cui portio repudiata accrescat, incipere inferunt, alii denique legem, cum in testamentariis successionibus voluntatem testatoris firmet,^{t)} et, ut ea praecipue spectetur, juheat,^{u)} legatum in herede ex parte instituto, si quacunque ex causa heres non existat, pro hereditaria portione servare, eique, cum portionem vacantem alteri jungat portioni, et coheredi iure accrescendi deferat, validitatem comparare probant.^{v)} Quibus tamen rationibus ut calculum addam vel ideo a me impetrare non possum, quia, licet portio deficiens cum suo onere ad coheredem transeat,^{w)} legatum, quod pro inutiliter relieto habetur,^{x)} onus portionis hereditatis esse nequeat, cui accedit, tacitam illam condicionem cum dies legatorum cesserit legati cessionem et transmissionem pro parte de hereditaria portione sumta impedire non posse,^{y)} leges autem hanc cessionem et transmissionem non admittere,^{z)} nullam denique adesse iuris sanctionem, quae in accretione partis hereditariae validitatem hujus legati fundet. Iam autem quid ego ipse hac de re sentiam, paucis explicabo. Scilicet in omni hereditate ejus delatio ab ejus susceptione caute est separanda, prior causam exhibit in iure existentem, ob quam hereditas in alterum transire potest, quo lex, testamentum et pactum referuntur, posterior in volun-

tatis declaratione de adeunda hereditate consistit, et actum, quo ius defuncti continuatur, continet. Ex his patet, ad heredem legitime constituendum utrumque requiri, nempe ut hereditas sit delata atque suscepta, nam sola hereditatis delatio nil magis operatur, quam ut quis casu existente, et positis aliis in testatore et herede nec non quoad bona et formam necessariis requisitis hereditatem sibi habere possit. Heres nempe is demum est, qui iure et animo heredis se heredem esse velle significat. Eos itaque, qui ex lege, testamento vel pacto ius solum acquirendae hereditatis nanciscuntur, cum heredes nondum sint, nulla regularum, quarum in praemissis mentionem feci, tangit, nec iis impedimento est, quominus, si eo iure uti nolint, totum legatum sibi relictum capiant, legatum enim non est vitiosum, sed tantum quaeritur de persona, num qualitatem ad illud acquirendum necessariam sit habitura? Et hoc quidem nil novi in iure sapit, nam ita in legato cognatis relicto ii, qui post testamentum conditum cognati sint, ad illud admittuntur, ^{a)} ita in substitutione filio verbis „Quis quis mihi ex supra scriptis heres erit, idem filio heres esto“ concepta, is heres pupilli est, qui quandoque testatori heres fuit, licet tempore mortis pupilli heres esse desierit, ^{b)} ita filius, qui tempore mortis in potestate patris constitutus pro herede suo et necessario habetur, beneficio

ficio autem praetoris ab hereditate paterna abstinet, a legati petitione non excluditur, ^{c)} ita quoque servus legatum sibi relictum, si ante mortem testatoris libertatem adipiscatur, recte petit. ^{d)} Quibuscum conspirat, quod Iulianus ait, ^{e)} legatum a semet ipso inutiliter relinqui, ab eo enim, qui hereditatem omittit, nec utiliter nec inutiliter quicquam legari potest.

i) l. 1. §. 6. π. Quod legatorum.

k) l. 86. π. ad leg. Falcid. Hilliger ad Donell. libr. VIII. cap. VII. lit. C. Doctor Nieto in tractatu de praeglegat. c. I. §. IX. Cuius rei ratio in eo quaerenda, quod lucrum ex hereditate non nisi deductis praeglegatis cogitari possit. l. 18. pr. Cod. famil. ercisc. quare quoque in hereditatis divisionem non veniant, l. 39. §. 1. π. famil. ercisc. nec ob ea in legatorum atque fideicommissorum praefestatione quid contribuitur l. 27. §. 14. et 63. §. 11. ad Sætum. Trebellian. Non obstat, quod ius et obligatio in una persona concurrere nequeant, nec ex duplice causa lucrative ius et obligatio procedat, cum id quod praeglegatur prius hereditario lucro percipiatur, et id quod ex preceptione iam tenetur acquisitione hereditaria non indigeat.

l) l. 116. §. 1. π. de legat. I.

m) l. 18. π. de legat. I. Aliud tamen insinuare videtur l. 34. §. 12. π. de legat. I. qua in heredibus, quorum unus ex uncia, alter autem ex undecim unciosis est institutus, quibusque fundus est legatus, unciarum heredi undecim partes colieredi uncia tribuantur, cui sententiae ex Graecis, apud quos ita legitur: ὁ εἰς τὰς οὐ ἔγγιας κληρονομῶν, οὐ ἔγγιας εἴσι τε λεγάτων, οὐ δέ ἔτέρος, μιλῶν, auctoritatem conciliare studet Leunclau in libr. II. cap. CXVII. Notator. apud Ottonem in thesaur. iur. Rom. Tom. III. pag. 1519. Sed salva res est, modo legas

loco

loco unciarum heredem, unciarium heredem, quam lectionem in editione Lugdunensi, anno 1566 sub Leonis signo impressa, inveniri aferit Nieto in tractat. de praefat. cap. I. §. X. cui jungendus Cocceji in iure controverso p. 11. Tit. de legat. Quaeſt. IX. Nec refragatur l. 18. §. 2. π. de his, quae ut indignis auferuntur, quippe quae ex eo, quod in omni ultima voluntate testatoris intentio praecipue debeat speſari, l. 69. π. de legat. 3, lucem capit.

-) l. 29. π. de reg. iuris, quam, cum ex Pauli libr. 8. ad Sabinum sumta sit, in eoque libro, uti ex lege 4. et 17. π. de tutel. l. 2. et 4. π. de tutel. et ration. distrahend. l. 3. π. de auctoritate tutor. et l. 27. π. de contrah. emt. patet, Paulus de tutelis egerit, Iacobus Gothofredus in Commentario ad regulas iuris, minus recte ad regulam Catonianam retulit.
-) Anton Faber libr. XII. conjectur. XIX. Ioseph Averanius in interpretat. iur. libr. IV. cap. XXII. et Sande in Commentar. ad regul. iuris.
- p) l. 201. et 210. π. de reg. iuris.
- q) l. 1. pr. π. de reg. Caton. quae proprie ad sola pertinet legata l. 3. π. ejusd. titul. hinc male versatur Iacobus Cujacius qui libr. IV. obſerv. 4. non hereditates sed libertates legendum esse censet, quem ideo Iohannes Robertus in animadversionibus et in notis ad notata mercato-ris libr. I. cap. 13. jure reprehendit.
- r) l. 5. §. 2. π. Quando dies legator. vel fideic. cedat.
- s) l. 3. et 4. π. de reg. Caton.
- t) l. 120. et 130. π. de verb. signif.
- u) l. 18. §. 2. π. de his, quae ut indignis l. 19. pr. π. de condit. et de- monstr.
- v) Bartholom. Chefius in interpret. iur. libr. II. cap. III. in Heineccii iu- risprudentia Romana et Attica.
- w) l. 122. §. 1. π. de legat. I.
- x) l. 18.

- x) l. 18. π. de legat. I.
- y) l. 3. π. de legat. I. l. 5. in prin. π. quando dies legat. vel. fideic. ced.
- z) l. 75. §. I. π. de legat. 2.
- a) l. 19. π. de reb. dub.
- b) l. 31. π. de vulg. et pupill. substitut. plures continet species.
- c) l. 87. π. de legat. I.
- d) l. 91. §. 2. π. de legat. 2.
- e) l. 18. π. de legat. I.

§. 7.

*Quid intuitu quarrae heredi debitae in legato praceptionis
juris sit, disquiritur.*

Liberrimam de bonis suis mortis causa disponendi leges XII. Tabularum civibus Romanis concedebant facultatem, cum juberent, ut, quomodocunque pater familias de pecunia tutelave suae rei legaret, ita jus esset. ^{f)} Interea id ex hac sanctione nascebatur incommodi, ut testatores, si bona sua absumerent legatis, heredibus, quibus male consulerent, destituerentur, a quo tamen omnes boni abhorrebant: ^{g)} Itaque variis haec licentia circumscribebatur legibus, Furia scilicet ^{h)} et Voconia, ⁱ⁾ praincipue autem Falcidia, ^{k)} qua fanciebatur, ne liceret hereditatem ultra dodrantem legatis exhaudire, ^{l)} quam legem SCrum Pegasianum ad fideicomissa transferebat, cavens, ut ei, qui rogatus esset, hereditatem restituere

C per-

perinde liceret, quartam partem retinere, atque per legem Falcidiā ex legatis.^{m)} Ita quarta pars ejus, quod defunctus relinquebat, patrimonii heredibus servabatur, in quam, num legata praeceptionis debeant imputari, et num ex iis quarta recte delibetur, mihi iam est disquendū. Tenendum autem, sub verbo imputare, quod proprie in expensi tabulas referre denotat, Iureconsultos praesenti in specie actum intelligere, quo quid iis bonis annumeratur, quae in herede quartam hereditatis constituunt partem,ⁿ⁾ et imputationem quidem maximopere a computatione differre, sub qua numeratio eorum bonorum indicatur, e quorum in hereditate facta aggregatione quadrantis debet fieri deductio.^{o)} Iam eam quaestionem num quarta, quae ex lege Falcidia, et ea, quae ex SCto Pegasiano deberet, respectu imputationis invicem convenientia, p)^y lubens mitto, solum monens, quartam lege Falcidia tunc demum detrahi posse, q) cum heres ea careat, quod tum sit, cum ex judicio et voluntate defuncti titulo heredis tantum ex hereditate non supereft, quantum ad quartam requiritur,^{r)} qua in re nec differt, num heres quid directo ex ipsa institutione, an per indirectum ex ea capiat,^{s)} quod tamen non referuntur res, quas ab institutionis titulo alienas heres acquirit, si nempe legatum coheredi relietum, vel id quod mortis aut conditionis implendae cau-

sa

sa ei obvenit, lucratur. Lex scilicet Falcidia hereditatis quadrantem diminuere prohibebat legatis, et hunc in modum heredi quartam constituebat, quare id, quod a coherede legabatur, vel fideicommisso aut alio quam heredis titulo relinquebatur, heredi in eam quartam imputari non poterat. ^{f)} Inde conjectura assequi possum, legata praceptionis pro ea quidem parte, quam heres sibi ipse debet, non autem pro ea, quam a coherede accipit, in quartam Falcidiā imputari. ^{v)} E contrario autem quarta ex Senatus Consul̄to Pegasiano omnia complectitur, quae propter fideicommissum restituendum heres fiduciarius ex liberalitate defuncti ita tenet, ut, nisi habeat, in restituenda mansisset hereditate, ^{v)} quare non potest non evenire, ut praelegata omni ex parte in hac quarta constituenda numerentur. ^{w)} Denique in utraque quarta recte definienda quantitas bonorum, et in Falcidia quidem ex tempore mortis, ^{x)} in Trebellianica autem ex tempore restitutionis ^{y)} iudicatur, quo fit, ut praelegata, ^{z)} cum in asse comprehendantur, in computationem quoque veniant, ideoque ex iis quarta detrahi possit.

f) l. 14. et 31. in Pardulphi Pratell iurisprudentia vetere ad leg. XII. Tab. l. 120. π. de verb. signif. ad eamque Fornerius et Goeddaeus.

g) Cujus rei non una solum est ratio quam §. 1. Inst. quibus ex causis manumittere non licet, exhibet, ne defuncti nomine ejus bona

venderentur sed alia quoque et gravior, ne sacra privata interirent.

- b) de qua Ulpianus tit. I. §. 2. et Iacob. Cujacius libr. XIX. observat. cap. XXXI.
- i) de qua Baldinus in Commentar. ad leg. Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Papiam Poppaeam, Rhodiam et Aquilam et Iacobus Perizonius de lege Voconia foeminarumque apud veteres hereditatibus.
- k) de qua Iacob Voerda in Commentar. ad h. leg.
- l) l. 1. pr. π. ad leg. Falcid.
- m) Ulpianus in fragm. tit. XXV. §. 14. quam quartam D. Pius ad successiones ab intestato extendit l. 18. π. et l. 10. C. ad leg. Falcid.
- n) l. 50. π. ad leg. Falcid.
- o) l. 81. pr. π. ad leg. Falcid.
- p) Cujac. libr. 8. observ. 4. Gabriel Vallius ad leg. 91. π. ad leg. Falcid. Franciscus Husmann ad leg. Falcid. Paradox. XI. et XII.
- q) Detrahere vel deducere denotat portionem legis beneficio concessam de solido vel restringere vel actione petere Claudius Chifletius de portionib. hereditariis. cap. I.
- r) l. 74. π. ad leg. Falcid.
- s) L. 50. π. ad leg. Falcid.
- t) Anton Faber libr. VI. Conject. cap. II. et Claudius Chifletius de portionibus hereditariis cap. XVII.
- u) l. 74. π. l. 86. π. l. 17. C. ad l. Falcid. l. 24. C. famil. excise. Mutua prelegata integra in Falcidiā imputari afferit Ludovicus Charond. Verisimil. l. II. cap. IV.
- v) Franciscus Husmann ad leg. Falcid. Paradox. XI.
- w) l. 91. π. ad leg. Falcid. Anton Goveanus ad hanc legem.
- x) l. 73. pr. π. ad leg. Falcid.
- y) §. 7.

y) §. 7. Inst. de fideic. I. 58. §. 6. π. ad SCtum Trebellian.

z) I. 35. pr. et §. 1. π. de hereditib. instituend.

§. 8.

*Num legata praceptionis in legitimam imputentur,
exponitur,*

Legitima, quam alii e lege Glicia, ^{a)} alii e moribus, ^{b)} alii denique e rationibus legis Falcidiae ^{c)} derivant, in portione hereditatis consistit, quae ex legum praescripto certis tribuitur personis. In ejus autem ratione ineunda, mortis spectatur tempus, ^{d)} nisi defunctus, dum vixerit, immodicis patrimonium suum exhauserit liberalitatibus, tunc enim ex illo definienda est tempore, ^{e)} et in eam quidem eae res, quae ex patrimonio patris proficiscuntur, ^{f)} et de quibus, ut earum numeratio fiat, in legibus expresse sancitum, ^{g)} imputantur, quibus e legis dispositione legata adscribuntur, ^{h)} ut itaque ea, quae per praceptionem relinquuntur, in legitimae portione constituenda partem ⁱ⁾ sumant, nisi liberi, quibus sunt parta, praeterea in legitima specialiter sint instituti, vel ii citra respectum legitimae portiones in testamento sibi assignatas capiant, his enim in speciebus ob praesumtam testatoris voluntatem nulla praelegatorum locum habet ^{k)} contributio.

a) Iacobus Cujac. libr. 14. observ. cap. XIV.

- b) Westenberg in dissert. 1. de portione legitima.
- c) Heineccius in element. iur. civil. secund. ord. π. P. 2. §. 48.
- d) I. 6. Cod. de inoffic. testam.
- e) Novell. XCII. cap. I.
- f) I. 36. pr. Cod. de inoffic. testam.
- g) I. 20. pr. C. de collat. Claudius Chifletius de portionibus legitimis cap. XIV.
- h) Novell. 18. cap. I.
- i) quod negat. Peter Müller ad Struvii Exercit. X. thes. XXXV. lit. Z. falsa adductus ratione, quia scilicet collationem fugiant.
- k) Berger in Oecon. Iuris libr. II. tit. IV. Th. XVI. Not. 5.

§. 9.

De modis, quibus legata praeceptionis rite constituta evanescunt.

Tribus evenit modis, ut legata praeceptionis, quae ab initio valent, vim suam amittant, nempe si a testatore tolluntur, vel in alterum transferuntur, vel ea alio modo extinguentur. Ita, ut testamentum respicias, nemo ullus ipse lege tam arcte vincire potest, ut ea semper obstrictus putetur.¹⁾ Negari igitur nequit verbis,^{m)} et ad declarationem voluntatis idoneisⁿ⁾ factis sublationem praelegatorum fieri posse, quam sublationem in eo, qui uxorem testatoris adulterio polluerit, vel testatorem in periculum capitis adduxerit, vel ei status controversiam

move-

moverit, nec non in eo, cuius coheredi legatum praeceptionis, ob eandem causam datum adimitur, legibus praefumi ^{o)} afferunt. Ita actu, quo testator personam legatarii, ^{p)} quod quoque locum habet, licet in incapacem susceptra sit translatio, ^{q)} vel vivo testatore moriatur is, in quem facta translatio, ^{r)} personam, a qua quid reliquit, ipsam rem legatam vel modum legandi permittat, ^{s)} praelegatum tale, quale fuit, esse definit. Ita denique praeceptiones cum crita directum testatoris factum talem incident in conditionem, qua subsistere nequeunt, extinguntur, ^{t)} quod etiam in eo, qui a tutela testamento-data se excusat, locum sibi vindicat ^{u)}

^{l)} l. 22. pr. π. de legat. 3.

^{m)} l. 2. pr. π. de admend. et transferend. legatis.

ⁿ⁾ l. 16. 22. et 30. π. ejusd. tit. l. 6. §. 1. π. de auro argent. mund. legat. Averanius in interpret. Iur. libr. 5. cap. 26. et 27. quibus locis de mutatione rei legatae tanquam modo tollendi legatum; eleganter differit.

^{o)} Voctius in Comment. ad π. libr XXXIV. Tit. IV. et Hertius in dissert. de praelegat. §. XXII.

^{p)} l. 5. π. de adm. et transf. legat.

^{q)} l. 20. π. dict. tit.

^{r)} l. 8. π. dict. tit.

^{s)} l. 6. π. de adm. vel transf. legat.

^{t)} l. 3. §. ult. π. de his, quae pro non script. habent. l. 39. in π. π. de condit. et demonst. l. 45. §. 1. π. de legat. 2.

^{u)} l. 32. et 33. π. de excusat.

ORNATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S

Si proprium est virtutis, animos hominum sibi conciliare, et ad suos adjungere usus, nec fallacibus rerum emolumenta videre judiciis, maximopere Tibi, Vir Ornatus, gratulari posse mihi videor. Ab eo enim tempore, quo Musas nostras salutasti, Iurisprudentiae et omnibus bonis litteris Te totum dedisti, et in viveudi ratione ineunda urbanitatem pariter atque modestiam coluisti, quo evenit, ut insignibus, quae cepisti, literarum incrementis omnium, qui Te norunt, Tibi adjungeres amorem. His Tuis honestis consiliis res Tuas gerere pergas, et mascula, quam edidicisti, jurisprudentia ita utaris, ut Te omnibus in negotiis Virum apertum, ingenuum atque eximie doctum praestes, et fructus ingenii, virtutis, et omnis praestantiae in proximum quemque conferas. Quod reliquum est, rogo, ut pristina amicitia me etiam in posterum velis amplecti, Tibique de mea in Te fide, de meoque studio persuadeas. Scrips. Viterberg. ipsis Nonis Ianuarii M.DCCLXXXI.


Wittenberg, Diss., 1791



f

sb.

Farbkarte #13



DE
PRAECEPTIONIS

IMENTATIO

QVAM

CONSVLTORVM ORDINIS
TORITATE

RAESIDE

CHRISTIANO FRANCKE

S IN MARCHIONATV LVSATIAE IN-
VLTATIS IVRIDICAE VITEM-
NSIS ASSESSORE

ARII A. C. MDCCCLXXXI.

E F E N D E T

S A M V E L K R E Y S I G

E B U R G E N S I S.

TEBERGAE,
S T Z S C H I E D R I C H I I.